

46. Maruchel. Florus.

Unde dicunt Maruchel. tract. de casib. reserv. disp. 2. c. 3. q. 3. n. 4. Fiorus p. 2. casu de Procurantibus abortum, n. 14. vers. 13. Quod in casum reservatum non incidit mulier, cui inscia & ignorantiam amarus medicamentum, & potiones praeberit, ut abortus sequeretur, etiam si post summptionem potioris rem illi amarus aperiret, & ipsa de facto gauderet, illudque ratum haberet; tunc non est dicenda procurasse, proindeque tantum mortaliter peccasse.

47. Diana.

Addit vero Diana part. 7. tract. 5. resol. 14. quod idem dicendum, si mulier postquam fuisset monita de procuratione abortus illam nollet impedire cum posset per aliam potioris; adhuc enim non diceretur incidere in casum, cum non diceretur abortum procurare, sed tantum illum permittere.

48. Naldus. Portell. Lezana.

Ex quibus etiam multi deducunt, quod Pater non impediens abortum adulterae non incidit in poenas Bullae Sixti V. quamvis Naldus in summa verb. Abortus, num. 6. Portell. eodem verbo, n. 14. & Lezana num. 18. teneant esse irregularem, quia Pater tenetur ex iustitia servare vitam filii & quamvis haec sententia sit probabilis; tamen opposita est satis probabilis, quia tunc Pater solum est causa moralis, non impediens, non vero positiva influens, in iure autem nisi exprimat, non inferitur irregularitas, nisi contra positive homicidas: ut contra perussorem Clerici, non vero contra non imdientes. Ita ex Vasquez, Hurtado disp. 2. de irregularitate, diff. 9. num. 34.

Vasquez. Hurtadus.

QUESTIO XIII.

An ex ignorantia, vel metu, seu casuali eventu quis excusetur ex seculo effectu?

SUMMARIUM.

- 49 Excusantur procurantes abortum cum ignorantia juris, vel facti.
50 Ex metu cadente in virum constantem excusantur.
51 Ex abortu casuali excusantur.

Bonacina. Trullench.

Ad primum excusantur procurantes abortum cum ignorantia juris vel facti, & quamvis haec ignorantia non sit probabilis, sed vincibilis, crassa, supina, vel etiam aff. & tunc modo non sit conjuncta cum ingenti temeritate. Ita Bonacina tom. 3. disp. 2. q. 2. puncto 10. num. 10. Trullenchus in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 3. dub. 9. §. 5. num. 2. & ratio est, quia Pontifex in Bulla ponit particulam: scienter, quae quamlibet ignorantiam excludit, modo cum ingenti temeritate conjuncta non sit; tunc enim ex temeritate ignorantia latissimam culpam includit, dolo, ac malitia equiparantem, ut avertit Maruchel. tract. de casib. reserv. disp. 1. q. 4. §. 10. num. 133.

Maruchel.

50.

Ad secundum, dixi superiori quaestione, quod mulier praegnans sumens potionem, vel alio modo procurans abortum incidat in excommunicationem Bullae Sixti V. excusatur tamen per metum cadentem in constantem virum, sumens ipsam potionem, ex qua abortus

sequatur, quia ex eo quod coacta agit id, & quo sequitur abortus, non dicitur studiosè quaerere, ut fetus abigatur. Ita cum Maruchel. Diana p. 7. tract. 5. resol. 7. §. Notandum.

Maruchel. Diana.

Ad tertium, ex casuali abortu excusatur quilibet ab excommunicatione. Casualis abortus dicitur, quem quis facit non ex intentione, & animo abortiendi, sed alio fine, etiam malo, vel odio, ut ex morte succederet in hereditate, sive bonis, seu ut evitaretur infamia, id patet ex Bulla Sixti V. ubi facit mentionem de abortu voluntario, ut data opera, ac proinde non de casuali. Ita Florus, Grassis, Lupus, quos citant, ac sequuntur Bordon. de Regular. tom. 1. Resol. 45. quast. 3. num. 3. Maruchel. tract. de casib. reserv. disp. 2. cap. 3. q. 3. Ex quo resolvuntur multi casus. Non incidunt in excommunicationem Medicus, verbi gratia, qui bona fide, ac animo dat medicamenta ad abortum, vel qui ad sanitatem dat medicamenta mulieri praegnanti, vel qui animo explendi libidinem cum muliere praegnante rem habet multa agitatione, ex quibus sequatur abortus.

Florus. Grassis. Lupus. Bordon. Maruchel.

QUESTIO XIV.

Circa mulierem praegnantem infirmam, multi casus resolvuntur.

SUMMARIUM.

- 52 Ad vitam matris si fetus non est animatus licitus est abortus.
53 Si medicamenta directe tendunt in salutem matris, & per accidens in mortem fetus licita sunt.
54 Si de vita matris & fetus nulla est spes, licet sumere medicamentum cum periculo fetus.
55 An si medicamenta aequaliter tendunt in salutem matris, & in mortem fetus licita sunt, & n. 56.
57 At vero si speratur, quod fetus vivus baptizetur, remedium illius mortiferum non est licitum.

Primo; si fetus non est animatus, & ejus expulsio unicum est remedium ad vitam matris, licet, etiam ex intentione, sumere illud medicamentum, ad foetum expellendum, quia plus ponderat vita praesens matris, quam vita futurae prolis. Ita Naldus in summa, verbo Abortus, num. 3. Homobonus de casib. reserv. p. 3. cap. 67. Trullenchus in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. n. 1. contra Lessium Bonacinam, & alios.

52.

Naldus. Homobonus. Trullench.

53.

At vero si post foetus animationem medicamenta, vel pharmaca, directe tendunt in salutem matris, licet per accidens sequendos sit abortus, mulier sumens talem potionem non incidit in poenas, quia mulier ex lege naturali habet jus ad conservandam propriam vitam per media ad talem finem, sicut praegnans currendo potest fugere a fera, licet ex cursu detur periculum ad abortum. Ita Lugo de iustitia, tomo secundo disputat. 10. section. 5. Layman. libro tertio, tract. 3. part. 3. cap. 4. num. 4. Dicastillus de iustitia, lib. 2. tract. disp. 10.

Lugo. Layman. Dicastil.

Lezana.

disp. 10. dub. 13. num. 166. Mc. Lezana. verb. Abortus. num. 12.

54.

Sanchez.

At vero si de vita matris, & foetus omnino sit desperatum, cum in magno periculo uterque versentur, tunc non solum licitum, sed etiam debitum erit medici secundum Sanchez lib. 3. de matrim. lib. 9. disp. 20. num. 19. & 20. applicare medicinas matri aequè primò directas ad ipsius salutem, ac ad fetus abortum, quia in tali eventu melius est anceps auxilium experiri, quam omnino spe destitutam sine infirmitate perire; quam sententiam ipse Sanchez docet in casu dubii.

55.

Corduba. Lopez. Rodrig. Veiga. Lezana.

At vero si medicamenta directe, & aequaliter tendunt in salutem matris, ac abortum, seu mortem fetus, an licita sint? negant Corduba, Lopez Rodriguez, Veiga apud Sanchez citatum & M. Lezana verb. Abortus, n. 12. quia nunquam licet per se, & directe intendere mortem innocentis.

56.

Joan. de la Cruz. Villalobos. Trullench. Diana.

Tamen opposita sententia mihi videtur vera, quam docent Joan. de la Cruz in di. el. p. 1. p. 5. q. 1. dub. 7. concl. 3. & 4. Villalobos in tract. de casib. reserv. disp. 2. cap. 3. q. 3. Diana p. 6. tr. 5. resol. 36. Cum non sit aliud remedium ad vitam matris, talis medicina licita est, quia mater potius habet jus ad suam vitam conservandam, quam fetus, cum hic a matre pendeat, & non de contra; deinde quia ut ait Sanchez citat. disp. 20. n. 17. quod rarissimum est, & moraliter impossibile, quod moriente matre fetus sit vivus: nam matris morbo laborantis lethali corrupti humores, alimentum quo puer nutriendus est, ita inficiunt, ut penè miraculum sit, matre pereunte foetum incolumem evadere.

Sanchez.

57.

Layman. Lezana. Diana.

Si vero detur casus, quod valde rarum sit, quo certo credatur, non adhiberi tali medicamento, etiam si moriatur mater foetum vivum in lucem edendum, & baptizandum, non potest adhiberi, etiam stante periculo mortis; ordo enim charitatis postulat, ut vita spiritualis fetus animati praeratur vitae corporali ipsius matris Ita Layman. lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 4. n. 4. M. Lezana citatus, num. 12. Diana p. 7. tract. 5. resol. 37.

QUESTIO XV.

Quis possit absolvere ab excommunicatione incurta propter abortum?

SUMMARIUM.

- 58 In foro interiori Confessor ad id deputatus potest absolvere.
59 Quis sit Confessor ad specialiter approbatus, & num. 60.
60 Habentes jurisdictionem quasi Episcopalem possunt.
61 Viri in Jubilei potest absolvere.

58.

In terminis Bullae Sixti V. solus Papa poterat absolvere, ea tamen postea moderavit Gregorius XIV. & ideo in foro interno quilibet confessor; Approbatus ab Ordinario ad id specialiter deputatus, à dicta excommunicatione potest absolvere: At in foro exteriori,

ac contentioso pro absolutione obtinenda, recurrendum est ad summum Pontificem, cui est reservata; hoc patet ex Bulla Gregorii XIV. ait enim, quod Confessarius ad id deputatus ab Ordinario loci plenam & liberam in foro conscientiae tantum, absolvendi habeat facultatem; ergo non in foro externo.

Quilibet Confessarius non sufficit; sed requiritur ad id specialiter deputatus: Quare tamen quisnam dicatur Confessarius specialiter ad id deputatus? Bonac. tom. 3. disput. 2. q. 2. puncto 10. n. 16. & Machad. de Perfecto Confessario, tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 17. docum. 9. num. 5. Dicunt intelligi Confessarium, qui habeat facultatem absolvendi ab omnibus censuris, & excommunicationibus Episcopo reservatis; nam in hujusmodi facultate hic etiam casus comprehendi videntur, & haec sententia est probabilis.

59.

Bonacina. Machaldus.

Tamen cum Gregorius XIV. ad absolvendum hunc casum dicat, quo potest absolvere Confessarius approbatus ab Ordinario ad id specialiter deputatus. Unde videtur, quod non sufficit communis, & generalis facultas absolvendi à reservatis censuris, sed requiritur specialis, ac particularis facultas ad hunc casum, hoc videtur magis conforme ad mentem Pontificis; & haec sententia mihi videtur probabilior; & eam tenent Maruchel. de casib. reserv. disp. 2. c. 3. 7. 1. n. 2. Novar. in sum. Bullar. 1. 2. tit. de Abortu, n. 13. Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 5. c. 1. dub. 4. n. 8. M. Lezana verb. Abortu, n. 7.

60.

Maruchel. Novar. Trullench. Lezana.

Ex his sequitur, quod Praelati habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, possint suos subditos ab hujusmodi casibus, ac censuris absolvere, Rodrig. t. 2. q. 33. art. 4. Coriolanus de casib. reserv. tit. de Abortu, n. 10.

Rodrig. Coriolanus.

An in facultate Jubilei absolvendi à casibus, & censuris reservatis, includatur absolutio abortus, dubitabis? Negat Lavorius de Jubil. parte secunda. cap. 26. num. 23. nisi specialiter specificetur; at contraria sententia est omnino vera; quia Gregorius XIV. fecit potestatem cuicumque Ordinario loci ad hunc casum absolvendum; atqui omnes casus Episcopales censentur concessi in Jubileo; Ergo illius virtute possunt absolvi. Ita cum Rodrig. Quaranta, Gavanto tenet Diana part. 5. tract. 5. resol. 19. sicut etiam virtute Bullae Cruciate, Diana. ut observant omnes cum Diana part. 5. tract. 9. Lavorius, resolut. 40.

Rodriguez. Quaranta. Gavant. Diana.

QUESTIO XVI.

An Confessores regulares possint absolvere saeculares ab excommunicatione contracta ex abortu?

SUMMARIUM.

- 63 Possunt si sint ad id specialiter deputati à suis Praelatis.
64 Videtur sublata potestas absolvendi à casibus Episcopalibus.
65 Religiosi possunt absolvere.

Affirmativam sententiam tenent Portell. verb. Abortu, num. 3. sicut & Villalobos Portell. N. 3. tom. 2. Villalobos.

63. Portell. Villalobos.

tom. 2. tract. 12. diff. 14. num. 4. Ita tamen ut talis confessor non solum sit approbatus a suo Generali vel Provinciali, sed etiam specialiter deputatus ad hunc casum absolvendum; Peirinus tom. 1. Privilegior. Minorum in Consilio Julii II. num. 65. credit posse confessarios Regulares virtute suorum privilegiorum; quia ille casus jam non est Papalis, sed Episcopalis; Confessarii autem Regulares habent auctoritatem absolvendi ab omnibus casibus, a quibus absolvi possunt Episcopi.

64: Lezana. Tamen objicit M. Lezana proxime citatus; ex decreto Sacrae Congregationis Episcoporum, & regularium sub Urbano VIII & nunc iterum sub Alexandro VII. quod nullatenus possunt Confessarii regulares, quorumcunque privilegiorum virtute absolvi ab alio ex casibus ordinario reservatis, & cum ille casus sit ordinarius reservatus; ab illo non possunt Religiosi absolvi.

65. Ut ergo dicamus quod religiosi possint ab hac excommunicatione absolvi, alia via incedendum, nempe hic casus nec comprehenditur in Bulla Coenae, neque in decreto Clementis VIII. reservatis quinque casus, ut infra dicam cum de reservatis fuerit sermo, nec ab ipsis Episcopis particulariter reservatus est; sed tantum ex jure concessa est facultas Episcopis absolvendi ab eo: Atque Religiosi ex privilegio Pauli III. concessio Religiosis Societatis Jesu, & per communicationem Religiosis aliorum ordinum habent absolvi ab omnibus casibus, a quibus jure communi Episcopi possunt absolvi: ergo etiam ab hoc casu. Ita Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 3. num. 97. Castro Palau de censur. disput. 3. punct. 34. §. 23. num. 19.

Pellizar. Cast. Pal.

QUAESTIO XVII.

Quisnam possit dispensare in irregularitate contracta ex abortu? Agitur de Episcopis, ac Praelatis Regularium.

SUMMARIUM.

- 66 Episcopi non possunt dispensare in hac irregularitate.
67 Praelati Regulares possunt dispensare super hanc irregularitatem.
68 Quae potestas habeatur ex Bulla Pauli III.
69 Ad hoc nihil officio Bulla Sixti, & num. 70.
71 Hanc auctoritatem possunt Praelati regulares confessori subdito communicare.
72 An hac potestas non solum sit pro foro interno, sed etiam externo.

66. Novar. AD primum; an Episcopi possint dispensare in hac irregularitate? Affirmat Novarius in summa Bullarum, tom. 1. tit. de Abortu, num. 21. sed contraria sententia est communis & recepta: Quia irregularitas abortus oritur ex homicidio voluntario, & ad illam non se extendit auctoritas Episcopi; ut patet ex Concilio Tridentino sess. 24. de reformat. Ubi expressè dicitur quod liceat Episcopis dispensare in omni irregularitate, ac suspensione,

Trident.

quae provenit ex delicto occulto, excepta ea quae oritur ex homicidio voluntario; de quo Alphon. latè Alphonfus de Leone de censur. relect. de Leon. num. 58.

Ad secundum dicendum, quod Praelati Regulares vi suorum privilegiorum possunt dispensare cum suis subditis in irregularitate contracta ex abortu foetus animati. Portel. verb. Abortus, num. 10. §. Hoc non obstante, & part. 3. Respons. casu 13. num. 3. Villalobos part. 2. tract. 12. diff. 14. num. 6. Bordon. tom. 1. Resol. 13. quest. 5. num. 19. Pellizar. tom. 2. tract. 9. cap. 3. sect. 4. num. 144. Miranda part. 2. quest. 8. art. 10. Diana part. 7. tract. 5. Resol. 22.

Fundamentum hujus conclusionis latius explicabo cum de dispensationibus fuerit sermo. Auctores Antiqui, ut Casarrubius, Corduba, Sorbo, ex privilegio Martini V. & cum sit vita vocis oraculum emanavit, alii illud apponunt ex privilegio Pii V. pro ordine Cassinensi, sed per hoc tantum potest dispensari irregularitas contracta ante ingressum Ordinis; ideo validum fundamentum sumendum est ex bulla Pauli III. concessa Benedictinis Vallisoleranis, ut prima die Quadragesimae; hoc est feria secunda post Dominicam primam Quadragesimae, Ut eorum Praelati: Cum eis super quibusvis irregularitatibus per eos pro tempore, quavis occasione, vel causa contractis dispensare valeant: Cum nullam excipiat: ergo etiam supra hanc ex abortu animato.

Dices: Sixtus V. in sua Constitutione revocavit omnia privilegia concessa regularibus ad dispensandum supra hanc irregularitatem; & Gregorius XVI. super hoc nullam fecit moderationem, sed Constitutio Sixti quoad hoc permansit in suo robore: ergo non est abrogata.

Respondetur, quod postea Clemens VIII. confirmavit omnia privilegia Minorum ex certa scientia quae confirmatio juxta infra dicenda revalidat privilegia, etiam revocata ab antecessoribus, & consequenter etiam revalidavit privilegia dictis Minoribus tam directa ipsorum ordini concessa, quam per participationem, & consequenter revalidavit privilegium concessum ad dispensandum super hanc irregularitatem. Ita Portel. Villalobos, Pellizar. citati.

Qui etiam momenti, quod Praelati regulares cum habeant hanc facultatem ex privilegio summi Principis possunt eam delegare, & communicare uni confessori subdito, ut dispenset in foro conscientiae cum delinquentibus; ita Pottel. num. 12.

Quaes; an hæc facultas dispensandi in hac irregularitate sit tantum in foro interno, vel etiam externo? Bordon citata Resol. 13. num. 19 §. Tertium, Fr. Anton. ab Spirit. sanct. tom. 1. tract. 2. disp. 1. sect. 2. num. 77. tenent etiam in crimine absoluto notorio: Veiga, quem refert, ac sequitur Bauny, tom. 2. tract. 11. c. 58. lit. E. In crimine notorio apud fratres, occulto erga saeculares, Hieron. Rodrig. Resol. 4. n. 15. Corduba in summa quest. 34. ait quod tunc securius est recurrere ad Papam, at Miranda tom. 2. quest. 8. art. 10. concl. 1. ait, quod non potest dispensari; quando delictum est notorium; ita ut in judicio probari possit, & in

Alphon. de Leon.

67.

Villalobos. Bordon. Pellizar. Miranda. Diana.

68.

Casarrub. Corduba. Sorbo.

Pauli III. Bulla.

69.

70.

Portel. Villalobos. Pellizar.

71.

Portel.

72.

Bordon. Fr. Ant. ab Spir. Sanct. Veiga. Bauny.

Hieron. Rodrig. Corduba. Miranda.

in hac sententia quiescit Portel. quae videtur securior & probabilior.

QUAESTIO XVIII.

An Praelati Regulares possint habilitare ad officia suos subditos regulares qui procurarunt abortum.

SUMMARIUM.

- 73 Resolutio affirmativa est communis.
74 Si visitationis est praesens Religiosus, est absolutus.


73. Postel. Villalobos. Zambellus.

Communis est responsio affirmativa; ita Portel. in dub. verb. Abortus, num. 10 §. Majus argumentum, ad finem, Villalobos in summa tom. 2. tract. 12. diff. 14. n. 7. Zambellus in repertorio Morali verb. Abortus, num. 3. Tum quia inhabilitas imposita à Sixto V. non est reservata; tum etiam, quia ex privilegio concessio ministris infirmorum in Italia per Gregorium XIV. post Sixtum V. possunt Praelati habilitare suos subditos, & abstergere ab omni inhabilitate. Ut refert Capucin. verb. Absolutio ordinario quo ad fratres, fol. 27. §. Gregor. XIV.

Capucin.

74. Postel.

Addit Portel. citatus, n. 11. Quod si aliquis Religiosus innodatus fuerit aliqua hujusmodi irregularitate; vel inhabilitate à quibus illos Praelatus potest dispensare, si inquam, talis Religiosus praesens fuerit in capitulo visitationis, verbi gratia, Provincialis, in quo Praelatus in generali dicit: Absolvo vos ab omni censura, & dispenso vobiscum in omni irregularitate, & habilito vos ad omnia. Si ille qui praesens fuerit, sit irretitus aliquo ex his tribus, manet absolutus à censura, irregularitate, & inhabilitate; nam talis absolutio datur ab habente potestatem, & sortitur suum effectum. Ita in terminis Navarrus in summa Latina, cap. 26. num. 13. & addit Zambellus citatus; quod militat etiam si religiosus pro tempore visitationis crediderit se tali dispensatione absolute, ac habilitatione non indigere, & postea agnoscat se illa indigere, manet absolutus, qui absolutio peccati tollit inhabilitatem praerexistentem.



RESOLUTIO IV.

Absolutio secundum se.

LONGA est tractatio de Absolutione à peccatis reservatis, ac censuris reservatis, de quibus agam, cum de Confessore, ac Censuris fuerit sermo; sicut etiam de heresi, ac aliis criminibus, cum de unoquoque fuerit sermo; nunc tractamus de Absolutione secundum se.

QUAESTIO PRIMA.

Utrum Absolutio sacramentalis proferenda sit semper verbis.

SUMMARIUM.

- 1 Absolutio à peccatis facienda est verbis; non sic verò, quae est à censuris.

Absolutio sacramentalis juxta sacra Concilia generalia, facienda est verbis in quo distinguitur ab absolutione à censuris; nam absolutio sacramentalis, cum sit pars sacramenti; quod est signum sensibile; debet esse sensibilis humano modo, ac proinde per verba; At verò absolutio à censuris, cum sit actus jurisdictionis, juxta Jus potest fieri per signa, vel scripta. D. Thomas 3. part. quest. 84. D. Thom. art. 3. ibi expostores Suar. de Censur. disp. 7. sect. 9. An verò summus Pontifex possit solo animo, ac mente absolvi? fortè si de Censuris fuerit sermo dicam.

QUAESTIO II.

An in extrema necessitate sacerdos minus signis, & nutibus possit ministrare Sacramentum?

SUMMARIUM.

- 2 Prima sententia affirmat.
3 Pugnat pro illa Pontius cum suis fundamentis.

Dubitabis; An si detur casus, quod adest unus tantum sacerdos muros, vel elinguis, an possit in articulo mortis moribundum absolvi animo, ac mente externis signis adhibitis? Affirmat Nicolaus Isambert. in 3. part. 3. disp. 8. art. 3. num. 8. Martimon. Martimon. disput. 52. de Penit. sect. 1. num. 1. & 6. Quae ingens pietas Christi debuit providere remedium pro tam ingenti necessitate; & quia non semper Sacramenta requirunt verba ut patet in matrimonio celebrato à muto, cujus consensus satis exprimitur per signa externa; de quo latè Sanchez, lib. 2. de Matrim. disp. 21. Sanchez. num. 1. & 2.

Inde Joannes Pontius in cursu Theologico disp. 46. Quest. 2. conclus. 1. num. 9. ait, quod Pontius in tali casu, in extremo vitæ periculo licitum erit confiteri cum tali sacerdote muto, vel ab eo recipere absolutionem scripto vel nutibus, & in necessitate melius est adhibere Sacramentum dubium, quam nullum Sacramentum; & inde multi dicunt, quod in extrema necessitate sub conditione potest dari baptismus in qua rosacea, cum non sit alia.

His non obstantibus contraria sententia est vera, & certa inter Theologos tenenda est Lugo. ut testantur Cardinal. Lugo de Eucharistia N. 4. disp.